



Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Quomodo omnes articuli fidei nostræ Christianæ sunt impugnati. tit. 44

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

ergo prodest iestare fidem & dicere, Domine Domine, Mat. 7. Si charitatis præceptum negligitur, Ioan. 15. Hoc est præceptum meum.

QUOMODO OMNES ARTI-
culi fidei nostræ Christianæ sunt
impugnati.

TITVLVS XLIV.



P Ostolus 1. Corinth. 1. inquit: Prædicamus Christū, Iudæis scandalum, Gentibus stultitiam, sed vocatis sanctis Dei, virtutem & sapientiam. An idèo fides Christiana falsa est & vana, quod Iudæi & gentes non credunt? Romanor. 3. absit. An idèo fides relinquenda est, quia aliqui hæretici, gentes & Iudæi eam negant, atque Sacra menta, pia opera, & id genus alia? Absit: est enim Deus verax, omnis autem homo mendax, Psalm. 115.

Primum articulum fidei nostræ, Credo in Deum patrem omnipotentem, creatorum cœli & terre, visibilium & inuisibilium creaturarum, &c. negant gentes, multos Deos fingentes. Psal. 95. Omnes dij gentium dæmonia. Et 1. Thessal. 4. sicut gentes, quæ Deum ignorant, totum igitur articulum fidei, & primum, Credo in Deum patrem omnipotentem &c. negant gentes. Secundum articulum, scilicet, credo in Iesum Christum filium eius unicum, Dominum nostrum, negant Iudei, & dicunt simpliciter Luc. 19. Nolumus hunc regnare super nos, & per consequens negant omnia, quæ adhærent huic articulo, quod conceptus sit de Spiritu sancto, Lucæ 2. Natus ex Maria virgine, & quod passus sit pro salute generis humani, sub præsidentia Pontij Pilati, mortuus & sepultus, quod resurrexit tertia die, quod ascendit in cœlos, & sedet ad dexteram patris omnipotentis, & inde ven-

turus

turus est iudicare viuos & mortuos in iudicio. Hæc omnia negant Iudæi, sed nunquid ideo falsa? Absit, omnis homo mendax, Psalm. 115. Tertium articulum, Credo in Deum Spiritumsanctum, & omnia quæ comprehenduntur sub illo articulo negant hæretici. Macedonius negat Spiritumsanctum esse Deum, sed solum seruum patris & filij & creaturam, contra illud 1. Ioan. quinto, Pater, verbum & Spiritus sanctus: & hi tres unum sunt, scilicet in natura. Secundò, sanctam Ecclesiam esse unam & Catholicā, id est, diffusam per totum orbem. Psal. 18. In omnem terram exiuit sonus eorum, in qua est communio sanctorum, 1. Cor. 10. Unus panis & unus corpus sumus. Est ibi communio Christi & Ecclesiæ, & hoc negat Donatus, Arrius, Vvicleph, & omnes hæretici; alioqui se non sectarent in specialem sectam, si crederent unam Ecclesiam. Ephes. quarto. Unus DEVS, unus Baptisma. Tertiò, remissionem peccatorum negant Nouatiani, qui solam unam concedunt in Baptismo, & in relapsis negat alteram remissionem, cum Christus Matthæi 18. non septies duntaxat, sed septuagesies septies iubet dimitti offendit fratris, & iussit quoque quotidie orare ad patrem, Dimitte nobis debita nostra & cætera. Matth. 6. Quartò, carnis resurrectionem, ut quondam Saducæi in Euangeliō disputantes cum Christo, Matthæi 22. quos Christus ipse conuicit scripturis, Non est Deus mortuorum, Exod. 3. Et Paulus 1. Corinth. 15. contra bestias pugnauit. Habet ille Saducæus hodiè multos occultos adhuc discipulos. Quintò, & vitam æternam, id est, ex gratia & propter Christum. Sic Deus propter Christum ordinauit, ut in illum credentes, habeant vitam æternam, Ioan. 6. & Ioan. 11. Alioqui, quia sunt creature, non haberent scilicet eternitatem, sed & hoc negarunt Averroiani, Plinistæ, &c. Sic fidei articuli oīs tēpē à iuuentute Ecclesiæ impugnati sunt, sed nihil potuerunt

potuerunt Psal. 128. inimici. Non ergo fides Ecclesiz falsa aut Sacra menta, quod negantur ab haereticis, Rom. 3. Similiter & omnia Sacra menta, sunt ab haereticis vel negata aut impugnata.

*AN HOMO NIHIL ALIVD
facere debet, quam credere.*

TITVLVS XXXV.



RI mō notandum, quod mundi iamē doctrina, quod homo nihil aliud indigeat ad salutē, quam credere. Nam opera, satis factio, & omnia quae fieri debent pro salute omnium hominū, iam semel facta & expedita sunt per Christum, & in illum solum posuit Pater omnium nostrūm delicta, Isa. 5. Hic semel intravit in sancta sanctorum, & reperit aeternam vitam, Heb. 9. Nihil ergo amplius est necessarium homini ad salutem, sed ut solūm creditat &c.

Secundō, hoc verum est, quod omnia quae salutem nostram concernunt, semel promerita sunt per Christum: & non est opus, ut adhuc alia fiat satisfactione pro redemptione mundi: sufficit illa unica Christi satisfactione, qua aeterna est, Hebræo. 9. At distributione Christi meriti & satisfactionis, nondum est facta: hec autem fit quotidie & omni hora, & durabit usque ad finem mundi. At quomodo distribuitur? Respondeo, Per media. At quae media? Respondeo, quae Christus præcepit Marc. 1. Poenitemini, & credite Euangelio. Secundō, facere voluntatem patris qui est in cœlis, Matthæi 7. id est, seruare illius præcepta. Summa, totum Euangeliū docet, quomodo non solum credamus, sed quatenus etiam apprehendamus Christi beneficium & retineamus: & nisi Euangeliū toti obedierimus, amitteremus gratiam iterum.

Tertiō, media sunt hæc, non merita, sed media pe-

qua
est f
Chi
legi
nen
mu
run
eris
reti
Apo
liter
mo
Co
itaq
tri 2
brę
bus
erga
Q
omn
solū
illar
tem
re vo
dia s
ficas
dia e
nie.
Chri